

rens. 1494. Et sic. 46. annus à natiuitate perfectus remanet. qui unitate adiecta. 47. est annus die eodem Iunij. 1540. inchoatus. Annum hunc igitur. 47. labentem undecima numerorum linea interceptum inuenio, ex quo undecimū à ♄ ascendens signum natiuitatis meæ, uidelicet Tauri gradum. 21. (quot in ascendente genituræ Cancrī fuerāt) anno huic uertenti. 47. ac Venerem signi illius dominam Alcecadē, chronocatore, atq; anni huiusce principalem dominam destituo. donec. s. & quousq; progressio eadem in Geminorum signū feratur, quod erit post dies. 109. uel circiter à reuolutionis die transactos, ut hic inferius per propriam temporis, & signi cuiusq; graduum tabulam, ac dicendorum normam innotescet. Nam tunc post prædictorum dierum lapsum, quoniam profectio eadem ascendens gradus subsequenti Geminorū signo applicabit, Mercurius signi eiusdem dominus partialem ditionis titulum suscipiet. Quod si modo ultra. 21. Tauri signum, usq; ad gradus totidem Geminorum (quum gradus æque. 30. in anno progrediantur) planeta aliquis, uel radij ipsius reperiantur, hisce radiorum dominus efficietur donec & quousq; ad alium profectio eadem de uoluatur, qui uel si qui alij in interstitio prædictorū graduum. 30. reperiantur. iuxta graduum elongationem ab ipso profectiois signo, & gradu similem radiorum titulum pro tempore illo sortietur. Vt si planeta unus per gradus tres à profectiois signo, & gradu distet, aliusq; per gradus sex ab isto. Ille prior signi dominus singulariter per dies. 36. hic secundo loco per dies. 73. radiorum dominus, ac prioris collega efficietur, quorum amborum dies erunt. 109. (horis his commissis) donec planeta tertius potestatem eandem pro quantitate radiorum ad alium accipiat. Hoc pacto etiam (ut præmissimus) ope præsentis tabulæ adiutus, quoto dierum numero in anno præmissum profectiois signū, & cōsequenter dñs ipsius principaliter perduret, quoue anni tempore subsequenti signi dñm in collegam suscipiat, per gradus integros, & minuta (si qua fuerint) ab ipso profectiois gradu ad subsequenti signi initium addisces, gradus uidelicet integros in prima tabulæ linea exquirendo, diem quoque singulum pro quibuslibet minutis quinque,

g	d.	h.	m
1	12	4	12
2	24	8	23
3	36	12	35
4	48	16	46
5	60	20	58
6	73	1	10
7	85	5	21
8	97	9	33
9	109	13	45
10	121	17	56
11	133	22	8
12	146	2	19
13	158	6	31
14	170	10	42
15	182	14	54
16	194	19	6
17	206	23	17
18	219	3	29
19	231	7	40
20	243	11	52
21	255	16	4
22	267	20	15
23	280	0	27
24	292	4	38
25	304	8	50
26	316	13	2
27	328	17	13
28	340	21	25
29	353	1	37
30	365	5	49